



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

VI. De Iudæis, Saracenis & eorum servis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

- 2 dicitur. §. Is, qui docendi munere fungitur, magister vocatur, eo quod magis quam monet ac monstrat, ut Paulo Jurisconsulto placet in *l. cui precip.* 57. *D. de verb. signific.*
- 3 §. Huic debet Ecclesia cathedralis de beneficio prospicere, ut clericos & pauperes doceat. §. Qui vero aut docendi licentiam vendit, aut idoneæ personæ licentiam docendi petenti interdicit ne doceat, beneficio clericali privatur. *cap. 1. §. 101. tit. 1. Hinc. que de simonia.*

VI. De Iudeis, Saracenis & eorum servis.

- 1 SECUNDUM crimen contra primum decalogi tabulam est Judaismus: tertium est Saracenisimus: de quibus conjunctim hoc tractatur. Utrumque est gentis vel nationis nomen; sed posterior significatio accipi debet. §. Judæi dicti sunt a tribu Juda, in qua Deus regnum Israeliticum usque ad Christi tempora constituit, & quæ fere in Syria permansit aliis in captivitatem abductis.
- 3 §. Judæos hic vocamus eos, qui veteri testamento ad literam superstitiose intellecto serventem habent, novum autem rejiciunt. §. Saraceni dicuntur, non a Sara Abraham uxore, ut ipsos asserere ait *Hofsiens. de Saracen. m. 1.* nec a Samaria, ut vult *Specula. b. 1. in fine.* sed a Saraca regione Arabiæ, Stephano teste.

Saracenos accipiunt Doctores nostri pro
 paganis, & sane pagani ac Saraceni promiscue
 in hoc tit. accipi videntur; quamquam pro-
 prie loquendo, pagani, seu gentiles, vel Græ-
 ci dicuntur, qui neque vetus neque novum
 testamentum adgnosunt: idola autem co-
 lunt, eisque sacrificant, ut exposui *Metabo-*
dic. lib. 1. tit. 1. §. 35. ac plura de eis notavi.
eod. lib. sub titulo de paganis. Saraceni au-
 tem utrumque testamentum saltem ex parte
 admittunt, sed multifariam peccant, præci-
 pue quod Christum Dei Filium & humani
 generis unicum redemptorem non fatentur,
 & ne Christianam veritatem admittere co-
 rantur, loca erroribus suis contraria, a nobis
 corrupta fuisse asserunt, ut Mahometistæ.
 §. Judaismi poenæ hæ sunt. I. Judæi non pos-
 sunt novas synagogas extruere. *c. 3. & 7. &*
C. eo. l. ult. §. 11. II. Legatum universitati Ju-
deorum relictum, pro non scripto habetur.
C. eod. l. 1. III. Judæi ad honores non ad-
mittuntur. C. eod. l. ult. in pr. & §. ult. de ha-
ret. l. Manich. undique 12. & D. de decur. l. 3.
 §. ult. IV. Non possunt liberos suos Chri-
 stianos exheredare: sed ab eis offensi, tamen
 legitimam; non offensi autem integram, quæ
 ab intestato debetur, portionem eis relin-
 quere tenentur. *C. de hæretic. l. hæretici pa-*
tres. 12. V. Non possunt habere mancipium
 Christianum. *cap. 1. & 2. & C. ne Christ. man-*
cip.

cap. heret. vel Iud. vel paga. hab. l. 2.
 VI. In diebus dominicæ Passionis prodigium publicum vetantur. *c. in nonnullis. 15. diebus.* VII. In die parasceves coguntur habere ostia & fenestras claufas. *c. 4.* IIX. Non habent cum Christianis jus connubii. *c. cave. 15. & seq. & C. h. t. l. 6.* imo et convivia & consortium Christiani vitantur. *cod. q. c. sepe 12. & cann. seqq.* I. Quos quem Christianum circumcidant, vel ad aliam religionem traducere conentur, capite poena afficiuntur. *C. hoc tit. l. 16. & l. 18.* I. In dubio, quin ultimo supplicio afficiantur. *quod si qui Christiana religione deserta, ad Iudaicum finem transit.* §. Ex his poenis quaedam Saracenos seu paganos producantur, vel in Christianum mancipium habeant. *c. 4. & C. ne heret. vel Iud. vel pagan. Christi. cap. hab. l. 2.*

VII. De hæreticis.

Quartum crimen est hæresis, de qua *tit. C. de hæreticis.*

IIX. De schismaticis, & ordinatis ab eis.

Quintum crimen est schisma, quod scissuram significat a Græco verbo *σχίσμα* quod scindere ac dividere significat, quod schismatici dividunt unitatem Ecclesiarum.